

<p>Quodlibet VIII, q. 4, a. 2 Utrum mali praelati sunt honorandi</p>	<p>Quodlibet VIII, q. 4, a. 2 Of slechte prelaten dienen geëerd te worden?</p>
<p>Ad secundum sic proceditur: videtur quod malis praelatis non sit exhibendus honor.</p> <p>Arg. 1 Sicut enim dicit Boetius in libro de consolatione, <i>non possumus ob honores reverendos iudicare quos ipsis honoribus reputamus indignos</i>. Sed mali praelati non sunt honoribus digni. Ergo non possunt iudicari esse reverendi a suis subditis.</p> <p>Arg. 2 Praeterea, honor non debetur praelatis malis nisi ratione praelationis. Cum ergo sunt praelatione indigni, sunt etiam per consequens indigni ad honores et ad alia omnia quae sunt praelationis propria.</p> <p>Sed contra, est quod dicitur Exod. XX, 12: <i>honora patrem tuum</i>; Glossa, <i>idest praelatum</i>. Cum ergo indefinite loquatur, videtur quod omnes praelati tam boni quam mali sint honorandi.</p> <p>Respondeo. Dicendum, quod in praelato duo possumus considerare: scilicet personam propriam, et dignitatem, secundum quam est quaedam persona publica. Si ergo praelatus sit malus ratione personae suae, non est honorandus; quia cum honor sit reverentia alicui exhibita in testimonium virtutis, falsum testimonium de eo proferret, si quis eum obtentu propriae personae honoraret; contra illud quod dicitur Exod. cap. XX, 16: <i>non loquaris contra proximum tuum falsum testimonium</i>. Sed in quantum est persona publica, sic gerit typum et locum non sui ipsius, sed alterius, scilicet Christi, in Ecclesia, vel reipublicae, ut dominus in saecularibus dignitatibus; et sic valor eius non computatur secundum personam, sed secundum eum cuius loco praesidet; sicut est de lapillo, qui in computationibus ponitur</p>	<p>Het lijkt dat aan slechte prelaten geen eer dient bewezen te worden.</p> <p>Arg. 1 Zoals Boëthius zegt in zijn Boek over de Vertrouwing: “Wij kunnen niet beoordelen dat men dient te eren diegenen waarvan wij menen dat zij onze eerbetuigingen niet waardig zijn.” Maar slechte prelaten zijn geen eerbetuigingen waardig. Dus kunnen hun onderdanen niet beoordelen dat deze prelaten dienen geëerd te worden.</p> <p>Arg. 2 Eer dient enkel betuigd te worden aan slechte prelaten omwille van hun prelaatschap. Aangezien zij dus hun prelaatschap onwaardig zijn, zijn zij bijgevolg ook onwaardig eer te ontvangen als ook andere zaken die eigen zijn aan het prelaatschap.</p> <p>Daarentegen wordt gezegd in Exodus 20,12: “eer uw vader”, d.i. volgens de Glossa “de prelaat”. Aangezien de Glossa op onbepaalde wijze spreekt, lijkt het dat alle prelaten dienen geëerd te worden, zowel de goede als de slechte prelaten.</p> <p>Ik antwoord. We kunnen in de prelaat twee dingen beschouwen : de persoon zelf en zijn waardigheid, waardoor hij in zekere zin een publiek persoon is. Indien dus de prelaat slecht is omwille van zijn persoon, dan dient hij niet geëerd te worden. De eer is immers het eer betuigen aan iemand als getuigenis van diens deugdzaamheid. Indien men hem zou eren omwille van zijn eigen persoon, dan zou dit betekenen dat men een valse getuigenis over hem zou afleggen. Dit zou ingaan tegen wat in Exodus 20,16 gezegd wordt: “Gij zult geen valse getuigenis afleggen tegen uw naaste”. Maar in de mate dat hij een publiek persoon is, representeert en bekleedt hij niet zijn eigen plaats maar een andere, nl. de plaats van Christus in de Kerk of de plaats van de maatschappij, zoals een heer in seculiere</p>

<p>loco centum marcarum, cum in se nihil valeat, ut dicitur Prov. cap. XXVI, 8: <i>sicut qui mittit lapidem in acervum Mercurii: ita qui tribuit insipienti honorem</i>. Mercurius enim dicebatur Deus latrocinii et mercationis. Et ita est ei honor exhibendus non propter se, sed propter eum cuius locum obtinet, sicut adoratio imaginis refertur ad prototypum, ut dicit Damascenus. Unde et malus praelatus idolo comparatur, Zach. XI, 17: <i>o pastor, et idolum, derelinquens gregem</i>.</p> <p>Ad primum ergo dicendum, quod intentio Boetii est dicere, quod mali homines non iudicantur ut reverendi in propriis personis, quamvis eis exhibeamus honores propter officia in quibus sunt constituti.</p> <p>Ad secundum dicendum, quod malus praelatus et indignus est praelatione et honoribus qui praelato debentur; sed ille cuius vicem gerit, dignus est ut eius vicario talis honor exhibeatur; sicut beata virgo digna est ut eius imaginem depictam in pariete revereamur, quamvis tali reverentia ipsa imago digna non sit.</p>	<p>waardigheden. Op deze wijze wordt zijn waardigheid niet berekend volgens zijn persoon maar volgens de plaats die hij inneemt zoals een steentje in berekeningen gebruikt wordt in de plaats van muntstukken maar in zichzelf niets waard is. Zo wordt ook gezegd in Spreuken 26,8: “Als iemand die een steen gooit op de hoop van Mercurius, is hij die eer schenkt aan een dwaas.” Mercurius werd immers de god van diefstel en commercie genoemd. Zo ook dient men hem eer te betuigen niet omwille van hemzelf, maar omwille van de plaats die hij inneemt zoals “de verering van een afbeelding verwijst naar het prototype” (Johannes Damascenus). Vandaar wordt een slechte prelaat vergeleken met een afgod in Zach. 11, 17: “Wee de herder en de afgod die zijn kudde verlaat”.</p> <p>Ad 1 De intentie van Boëthius is dat men niet beoordeelt dat slechte mensen dienen geëerd te worden omwille van hun persoon alhoewel men hen eer betuigt omwille van de functie die zij bekleden.</p> <p>Ad 2 De slechte prelaat is het prelaatschap onwaardig als ook de eerbetuigingen die eigen zijn aan het prelaatschap. Maar diegene wiens plaats hij inneemt, is waardig dat eer wordt gebracht aan diens plaatsvervanger zoals de zalige Maagd waardig is dat wij haar geschilderde afbeelding op een muur vereren alhoewel de afbeelding zelf deze eerbetuiging niet waardig is.</p>
--	---